

consil. 49. nu. 22. libro 1. ex Plot. de in lit. jurand. §. 5. numero 31. Ideo que succedit conclusio quod liber tutelaris * bene tentus probat pro tutore, ut post Bart. & Bald. per eos allegatos, tradit Corn. consilio 81. num. 9. libro 4. maxime concurrentibus adminiculis, Roland. consilio 92. numero sexto, lib. 3. Surd. qui alios citat decis. 199. n. 11.

Adminicula autem plura in presenti casu concurrunt: primo, quod partitæ dicti libri pro majori parte ex publicis instrumentis verificantur, data autem verificatione * aliarum partitarum cæteræ præsumuntur veræ, etiam quod aliunde non justificentur, & quoad illas, statim libro tutelari. Paul. de Castr. consilio 301. aliis 302. num. 4. libro 1. cum aliis per Gabr. de præsumpt. conclusione 5. n. 1. & tenuit Rota in Romana extinctionis census 18. & 20. Maii 1583. coram Cantuccio, relata inter impres. divers. decis. 813. num. 15. & sequentiib. parte 1.

Secundo, quod de causis, ex quibus Pupilli fuerunt constituti debitorum a tutore, constat in genere, nempe fuisse ipsos ab eo alimentatos, & eorum vineas cultas, quo fit ut partitæ dicti libri, * quæ continent expensas propter hujusmodi causas factas, reddantur multum verisimiles ita, ut propterea ei sit fides adhibenda, ut per Corn. consil. 81. n. 9. lib. 4. Quod etiam est regulare in omni libro rationum, * etiam quod expensæ sint magnæ, ut post Bart. & Soccin. ab eo allegat. tradit Aym. de antiq. temp. p. 1. §. 4. limitat. n. 24. & tenuit Rota in una Burgi Sancti Sepulchri 25. Jun. 1610. coram R. P. D. meo Ludoviso.

Tertio pro adminiculo fuit per DD. consideratum, quod iste tutor fuit persona multum legalis, & fide digna, * ut constat ex deductis per informantes pro Clarice, quæ qualitas plurimum coadjuvat fidem libri ab eo scripti Bald. consil. 156. n. 3. circa med. versic. si autem non potest lib. 3. Guid. Pap. q. 441. n. 1. Cappell. Tolos. q. 496. & ibi Aufred. in addit. & fuit dictum in Urbevetana Dotis 7. Junii 1610. coram R. P. D. Ludoviso.

Non obstant ea, quæ deducuntur, de non integra descriptione vini, & alia multa adducta pro parte DD. de Merlettis ad tollendam fidem hujus libri, quia omnia cessant ex facto, & bene diluuntur per informantes pro Clarice cum quibus DD. transferunt.

Eodem. In eadem.

Veneris 11. Maii 1612.

Domini pro infirmatione sententiæ R. P. D. Trivultii, sola Clarice informante, tenuerunt, quia cum ipsa esset creditrix Francisci Bonetti ejus viri in scutis 875. partim pro aconcio, * & partim pro lucro dotali, & pro hujusmodi credito haberet obligata omnia bona illius, tam ex dispositione juris communis juxta text. in l. unica, §. & ut plenius, C. de rei ux. act. cum aliis per Neguf. de pignorib. 4. membr. 2. partis principalis numero 24. cum pluribus seqq. quam propter generalem obligationem, & hypothecam omnium bonorum expressè adjectam in Instrumento sponfalium, * & apocha receptionis aconci, & sic etiam nomina debitorum ipsius l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss. l. 3. C. de hæred. & act. vend. & utrobique notat. Bart. Bald. & alii. Pinel. in rub. C. de bon. mater. p. 1. n. 8. vers. 4. concl. Negufan. de pign. 2. membr. 2. p. princ. n. 8. potuit agere contra Merlettos pro executione mandati ad ejus favorem à primo Collaterali contra bona, & nomina debitorum sui viri relaxati ex quo sunt illius debitorum, ut constat

ex libro tutelari, cui fidem esse adhibendam jam fuit resolutum, juncta relatione Periti, qui hujusmodi creditum calculavit in scutis 515. cui relationi standum est, * cum fuerit electus de communi partium consensu. Doct. in c. proposuisti & ibi præ aliis Abb. num. 10. & Felin. nu. 5. de probat. Bart. in l. 2. n. 21. C. de resim. vendit. Paris. consil. 96. n. 32. lib. 1. certi enim, & indubitati juris est creditorem habentem nomina sui debitoris * obligata posse agere contra illius debitorum pro consecutione sui crediti dicta l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss. & ibi notat per Gloss. & Doct. in l. si conuenerit ff. de pignor. act. Castr. consil. 198. n. 29. & 30. lib. 2. Neguf. de pignor. 3. membr. 2. p. n. 24. & 1. membr. 8. nu. 19. quo fit ut sententia D. Trivultii quatenus Merlettos à petitis per Claricem absolvit, remaneat injusta, & per consequens, tanquam talis veniat revocanda.

Nec subsistit, quod dicebatur de excessivitate expensarum circa culturam, & reparationem vinearum per Tutorem factam; quia ut colligitur ex libro tutelari, computatis arundinibus, & expensis vinearoli, excepto primo anno, quo fuerit facta nullæ expensæ extraordinariæ pro refectione fracturum, cancelli, & similibus ordinariæ non excedunt scuta 12. pro qualibet petia; & tamen, ut est notum, & constat ex attestacione plurimorum peritorum extrajudicialiter capta, expensæ Vinearum, * cum arundinibus, & vinearoli communiter potius excedunt dictam summam, undè non possunt dici excessivæ, ad text. in l. precia rerum ff. ad l. Falcid. &c.

Et ita &c.

DECISIO V.

R. P. D. COCCINO.

Urbevetana fideicommissi.

16. Novembris 1618.

SUMMARIUM.

- 1 Bona possessa per descendentes à fideicommittente in loco, ubi ipse possidebat, fideicommissio supposita præsumuntur.
- 2 Judex ad unam tantum probationem se applicat: sed ex diversis præsumptionibus se informat.
- 3 Identitas bonorum, quoad quantitatem, consilio de substantia facilius probatur.

Fuerat resolutum in hac causa, non probari totam tenutam salicis fuisse in bonis Petri Testatoris, sed aliquam partem ex deductis in decisionibus in hac causa factis, & præsertim in decisione 10. Aprilis, superioris anni; nam præter assertionem Testatoris, adfuit litteræ Sixti IV. qui dictam tenutam per obitum Petri Mamphiliæ, quasi ad Cameram devolutam donavit suo nepoti, cum expressione certorum confinium, necnon reintegratio Mamphiliæ in dictis bonis facta per Innocentium VIII. cum expressione, quod eadem bona fuerant possessa per ejus antecessores; & ipsa Mamphilia idem expresserat in commissione per eam porrecta Sixto IV. & alia ponderata in prædicta decisione: Quapropter cum in decisione facta 18. Maii 1616. & 14. Martii hujus anni, fuerit reservata quæ & quanta sit ista pars, si simpliciter attendamus doctrinam, * quam refert Peregr. de fideicom. art. 44. n. 22. & seq. & consil. 48. n. 7. & seq. lib. 1. & consil. 35. n. 12. lib. 3. quæ procedit in minoribus

DECISIO VI.

R. P. D. VEROSPPIO.

Forolivien. Alimentorum.

Mercurii 20. Novembris 1630.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta debentur viduæ intra annum luctus, ab hæredibus viri, & n. 7. & n. 8, & n. 9. Præterita non debentur, n. 2. Fallit ut n. 10. Extra domum non præstantur n. 3. Fallit ut n. 4. & n. 5. & n. 6. Debita à die luctus contestatæ non dicuntur præterita, n. 16.
- 11 Hæredes mariti habent animum ad restituendam dotem consistentem in pecunia.
- 12 Mulier in dubio præter dotem non præsumitur alia bona habere.
- 13 Vidua fructus dotis quando consequi possit, & numero 14. & n. 15.

Ex sententia Rotali fuerant condemnati hæredes Octaviani Acconci ad restitutionem dotis Magdalene uxoris ejusdem Octaviani. Cum verò eadem sententia reservatum fuisset videre, An eidem Magdalene debita essent alimenta intra annum luctus, & fructus dotis, donec illi non fuit eadem dos restituta. Proposui hodie dubium ad instantiam Francisci Guerrini hæredis Magdalene. An hæc alimenta, & fructus deberentur, & ad quam summam æstimandi essent? Et ad favorem ipsius Francisci DD. responderunt, quod tam alimenta, quam dotis fructus eidem Francisco hæredes solvere tenerentur, super quantitate verò eorundem fructuum, & alimentorum arbitrati fuerunt DD. ut illa præstari deberent ad rationem quinque pro centenario singulis annis.

Et quod alimenta debebantur illa intra annum luctus viduæ, * dum intra id tempus defuncti viri hæredes dotem restituere cogi non poterant, gl. in l. unic. §. exactio in verb. restituendis, C. de rei ux. act. Bart. in l. divorzio, & ibi Alberic. n. 6, & 7. ff. sol. matr. Pont. de alim. c. 15. n. 1. Lup. de usur. ad l. curabit, C. de act. empt. §. 4. n. 21. Surd. de alim. tit. 1. q. 44. n. 11. Thef. dec. 43. n. 1. Rota in Muced. dotis 23. Jan. 1621. cor. R. P. D. meo Pirovano. Hoc idem statuebatur ex Statuto Foroliv. & hoc debitum ipsi hæredes viri fuerant etiam agnovisse statim post obitum Octaviani, ut hanc alimentorum præstationem vitarent, obtulerunt se dotem Magdalene restitutos, licet nonnisi post litem à se motam, & sententiam per quam ad eam dotem restituendam fuerunt iidem hæredes condemnati, illam Magdalena recuperare potuerit.

Contra tamen hæc alimenta hodie se hæredes opponebant, quod illa obligati non fuerint præstare Magdalene, extra domum defuncti & quod peti amplius non possent, postquam fuit eidem dos restituta, cum solum debeantur intra annum luctus, ut idè præterita * peti amplius non possint. Alex. in l. divort. n. 9. Castr. n. 6. Jaf. n. 21. ff. sol. matr. idem Alex. consil. 27. n. 1. vol. 4. Pont. de alim. c. 15. n. 4. Surd. d. q. 44. n. 11. & q. 45. n. 63. & debeantur soli viduæ, quæ in domo viri manserit, & apud hæredes ejusdem viri operata sit. Bart. in l. divort. n. 3. & ibi Alex. n. 29. ff. sol. matr. Meno. de arbit. cas. 168. n. 12. & cas. 170. n. 8. & seq. lib. 2. Surd. de ali. tit. 4. q. 14. n. 13. & q. 29. n. 35. eod. tit.

Verum utraque hæc exceptio non visa fuit DD. obesse, cum hoc hæredum debitum verè cessare non potuerit, siquè quod eadè Magdalena in domo sui viri non fuerit, siquè postquam fuerit de sua dote satisfacta: licet enim eadem alimenta solum in domo viri deberentur, & vidua durante anno luctus, tenetur

- neretur prestare operas suas in domo ejusdem viri. Imò justa causa * reputetur, ut ea alimenta denegetur, si illa petantur extra pecuniaria 25. significasti de divort. Pontan. de alim. c. 14. nu. 8. Card. Seraphin. dec. 1194. n. 1. Tamen justam causam visum fuit DD. habuisse Magdalenam, ut extra hæredum domum eadem alimenta petere, & consequi poterit: Tum quia tanquam senex, * & septuagenario major eas operas prestare non poterat, quæ sicut sunt causâ cohabitationis à Jure hoc casu requisitæ. Ita hæc habitandi necessitas remissa censetur, si illæ à vidua præstari non possint. Bart. & Ang. in ead. l. divortio n. 4. ff. sol. matrim. Ber. conf. 130. n. 9. & 12. lib. 3. Surd. de alim. tit. 4. q. 14. n. 13. Tum quia propter litem quam statim influere coacta fuit * cum ipsis hæredibus pro recuperatione suæ dotis, fuit etiam de jure excusata si simul cum ipsis hæredibus non fuit, Jaf. conf. 44. n. 2. lib. 1. Burf. conf. 210. n. 7. vol. 2. Rol. conf. 22. n. 14. lib. 1. Surd. de alim. ead. q. 14. n. 27. & q. 15. n. 28. Molin. de primog. lib. 2. c. 15. n. 74. Tum demùm, quia verè apud ipsos hæredes simul esse non poterat, cum Laura, & Isotta Octaviani viri hæredes diversis in locis habitarent, ut ideò cogenda non esset vidua, & senex, ut dicebam, alimenta, modò apud unum, modo apud alium hæredem mendicare; quam etiam causam * probarunt ut alimenta viduæ extra domum debeantur, Cuman. conf. 38. n. 3. Ruin. conf. 80. & 81. n. 11. lib. 2. Rolan. conf. 22. n. 14. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 170. n. 16.
- Quòd verò hodie Magdalenzæ de sua dote satisfactum sit, neque extinctum DD. visum fuit dici posse hoc debitum alimentorum; quia, cum intra annum luctus censetur vidua * esse in eodem matrimonio, ut sicut eo durante hoc onus alendi uxorem ad virum defunctum pertinebat, ita in eadem obligatione successerint illius hæredes, Gloss. in l. unic. §. exactio, C. de rei uxor. act. & l. in divortio in princ. ubi etiam Bart. n. 5. Alber. n. 6. Alex. n. 17. ff. sol. matr. Salic. in ead. l. unic. §. in autem, C. de rei uxor. act. Abb. in c. salubriter, n. 6. de usur. Surd. de alim. tit. 1. q. 44. n. 11. Rot. in d. Macer. dotis 23. Jan. 1621, coram R. P. D. meo Pirovano, sicut etiam hac eadè ratione lucrantur hæredes fructus ex dote * si illi majores sint hoc onere alimentorum, ut è contra ad eadem alimenta tenentur, quemadmodum pro illis obligatus erat maritus, quamvis dotis fructus satis esse non possent. Bart. in ead. l. divortio n. 5. Alex. n. 18. & 19. Pontan. de alim. c. 25. n. 5, sive eadem alimenta deberentur ex primæva actione * dotis, ut videntur voluisse Bart. in ead. l. libertis 8. §. in ff. de alim. & cib. leg. Bald. in l. de aliment. in fin. & ibi Jaf. n. 6. C. de transact. Cordub. in l. si quis à liberis §. quis ex his, n. 140. ff. de lib. agnosc. Aquen. in l. divortio n. 12. ff. sol. matr. Affl. dec. 10. n. 3. & 4. Negul. de pign. 4. membr. 2. par. princ. n. 49. Surd. de alim. tit. 1. qu. 5. n. 40, cum in judicio dotis tanquam in judicio universali ex parte ipsius mulieris veniant accessiones omnes ex eadem prima actione, Bald. in l. ult. §. præterea, n. 6. & 7. C. de jur. dot. & in auth. qui jurat. n. 39, de bon. auth. jud. poss. Alex. in l. si maritus 32. §. si fundum, ff. sol. matr. Surd. de alim. tit. 1. qu. 45. n. 7. & seqq. sive etiam deberentur conditione ex Statuto (cum hæc alimenta haberet vidua, in casu dotis nõ restitutæ, ex dispositione Statuti Forolivi. nihil oberat * quod eadem alimenta hodie dici possent præterita, cum tunc solum præterita alimenta non debeantur, si solo judicis officio, non autem jure actionis, aut conditione statuti debita sint. Bart. in d. l. libertis 18. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. Dec. in l.

de alimentis n. 5. Jaf. n. 6. C. de transact. Cordub. ead. l. si quis à liberis n. 135. ff. de lib. agn. Rota decis. 93, coram Ludov. & in Romana pecuniaria 25. Oct. 1621. coram R. D. meo Decano.

Neque quod Magdalena habuerit ab Octaviano viro legatum; cessare potuit eorumdem hæredum obligatio alendi uxorem marito defuncto, sicut videntur DD. admittere, si dos prout erat hoc casu consistat in pecunia: cum nulli fructus ex eadem pecunia percepti interim dici possint ab eisdem hæredibus * qui habent à jure per annum commo- dum retentionis. Alex. in l. divortio n. 17, sol. matr. & conf. 27. n. 2. vol. 4, & alii quos refert Plot. de in lit. jur. c. 10. n. 23, quia licet ita legando potuisset maritus ab hac alimentorum obligatione eximere suos hæredes * quæ uxori ex legis provisione debebantur, cum id legatum quod neque probatur fuisse per Magdalenam acceptatum negarent scribentes pro eadem Magdalena, satis illi esse potuisset pro eisdem alimentis non putarunt DD. ex illo extinctam fuisse obligationem eorumdem hæredum, ad quos tanquam propriæ intentionis fundamentum pertinebat probatio, ut ex eodem legato uxor intra annum vivere, & se alere poterit, ut pluribus comprobatur Surd. conf. 145, n. 40, & in his terminis Theaur. decis. 43, n. 5, Rot. in Censat. fructuum dotis 13. Junii 1604. coram Litta.

Eadem ferè dici poterant de fructibus debitum post annum luctus, usque ad integram dotis restitutionem, cum, sicut fuit in alia decisione comprobatum 9 Febr. 1626, in hac sola dote ex cujus fructibus alii debebat, consisteret universum Magdalenzæ patrimonium, & pro ejusdem dotis recuperatione nullam diligentiam prætermisisset, & diuturnam * litem coacta fuisse sustinere, quibus casibus admittunt omnes sine crimine, & labe usuræ posse hos fructus peti ab uxore, ut notatur in cap. salubriter, de usur. Ang. in l. divortio n. 4, Aquen. n. 14, ff. sol. matr. Bald. Novell. de dot. p. 8. priv. 22. Negul. de pign. 5. membr. 5. p. princ. n. 17. Surd. conf. 269. nu. 23. Rota coram Greg. dec. 204, n. 28. Ex ea enim lite cessare videbatur omnis fraudis suspicio, ut hi fructus peteretur ex dilata fortis restitutione, quo casu, & in quibus terminis negant DD. licere ultra ipsam fortem aliquid petere quasi hoc sit privilegium solius mariti, ut ratione onerum matrimonii ex dote sibi non soluta * aut pignore coëleso possit coësequi fructus sine ejusdè fortis diminutione, Alex. conf. 27, n. 2, vol. 4, Aym. conf. 189, n. 7, in 6. cas. Surd. conf. 194, n. 16. Mantie. dec. 175, & dixit Rot. in Rom. fructuum dotis 25. Maii 1625, coram R. D. meo Decano, cum si sola causa onerum matrimonii, & alendi uxorem permittuntur marito usuræ ex dote in eod. c. salubriter de usur. eadè imò majori ratione permittæ videri possint uxori quæ cum nihil præterea habeat se ipsa ex sua dote alere velit, * & postquam factus fuit locus restitutioni dotis, eosdem fructus peti non tanquam usuras, sed tanquam alimenta, sive fructus rei propriæ, Bald. in auth. & qui jurat, C. de bon. auth. jud. possid. n. 39, & conf. 86, lib. 2, Alex. conf. 74, n. 6, vol. 5, Burf. conf. 8, n. 41, vol. 1, Grat. conf. 56, n. 5, vol. 1, Surd. conf. 269, n. 19, & declaravit Aym. d. conf. 189, n. 7, idem Surd. in tr. de al. tit. 1. q. 45. n. 26, & tit. 6. q. 10. n. 3. Plot. de in lit. jur. §. 11. n. 24, & ex Canonist. tenuerunt Sylv. in sum. in verb. usura 3, n. 7, Angel. in eod. verb. usura 1, nu. 29, Sot. de just. & jur. lib. 6, quæst. 1, artic. 2, Less. lib. 2, cap. 21, dub. 16, num. 143, Molin. de contract. tract. 2, disput. 322, num. 7, Nav. in c. ne feneraveris 14, quæst. 3, n. 67, & alii relati per Petr. Binsfeld. in expos. c. salubriter in 5, & 6. conclus. & admittit Rota in his terminis

minis in eadem decis. Romana fructuum dotis 12 Maii 1625. coram R. D. meo Decano.

Ex eadem lite neque hi fructus considerari poterant hodie tanquam præteriti, ut qui decurrerunt * post eandem litem contestatam quam, tam pro illis, quam pro dotis recuperatione instituire Magdalena coacta fuit, Lancell. de appet. appellation. pend. c. 13. lim. 24. n. 8. Caputaq. decis. 20. n. 4. decis. 22. n. 2. & decis. 24. n. 1, & 3. Rota decis. 764. n. 5. p. 1. div. & in Bisuntina separationis Thori 17. Junii 1596. coram bon. mem. Card. Pamph. licet iidem fructus deberentur etiam conditione ex Statuto, cum si generatim, & universè eodem Statuto cavebatur, ut dote non restituta alimenta mulieribus præstarentur, non posset illud intelligi de alimentis præstandis solo anno luctus, ut imò eo tempore non possent hæredes dici, aut considerari in mora.

Et hæc Domini firmarunt super justitia, & veritate istius crediti. Super ejusdem verò crediti quantitate, cum ex dispositione Statuti Forolivien. non constituta esset certa æstimatio horum alimentorum in dote, quæ ut hæc erat summam scut. 500. excederet, arbitrati fuerunt, ut illa taxari possent ad rationem quinque pro centenario, fecuti summam quæ visa fuit omnium minima inter alias, quibus hujusmodi fructus, & interesse dotales communiter æstimari solent. Et ita decisum, &c.

DECISIO VII.

R. P. D. COCCINO.

Romana Redditionis rationis.

Veneris 15. Decembris 1636.

SUMMARIUM.

- 1 Libro tutelari ex necessitate officii confecto creditur. Contra, n. 2. & n. 3.
- 2 Dolus præsumitur omissione partitarum in libro.
- 3 Liber tutelaris non continens partitas distincte, non probat. In aliquibus erroneus, in cæteris præsumitur erroneus, n. 8.
- 4 Epistola contra scribentem probat.
- 5 Occultatio ex quibus resultat.

Simon gessit tutelam Joannis Baptistæ fratris, & cum ageretur de ratione reddenda * exhibuit librum cui prætendebat esse adhibendam fidem, cum fuerit confectus ex necessitate officii juxta consil. Angel. Aret. 43. n. 9. & seq. Rota dec. 252. n. 3. p. 2. rec. Caval. dec. 444. n. 1. Cæterum contrarium dixerunt DD. in hac facti specie esse dicendum; quia liber ad hoc, ut probet, * non continet requisita per Bartol. in consil. 150. in fine, lib. 1. & per Ripam in l. admonendi 6. de jur. jur.

Primò opponitur in eo fuisse omittas plures partitas, vel summas, * quas Simon statim, mortuo Patre, exegit à Sacro Monte Pietatis, & in summ. n. 2, & 3, & deficiunt etiam in eo pecuniæ exactæ à depositaria Urbana, ut in summ. num. 6. Burfatt. consil. 2, & 3, num. 8. Honded. consil. 39. nu. 35. lib. 3, & fuit resolutum in causa Romana, seu Tiburtina Castorum 22. Martii 1624. coram bonæ memoriæ Burfatto. Imò ex hoc præsumitur dolus * in administratione. Gabr. libr. 1. conf. 148. n. 5, & 6. cum pluribus seqq.

Secundò dictus liber continet partitas in genere, & confusas abluque distinctione, & expressione

dierum, & causarum, & habentur in eo solum partitæ * sic descriptæ tot pro expensis in juvenis de tali anno, & tot pro recollectione frumenti, & tot pro expensis factis in vineis tali anno, ut summ. n. 1. & sic liber iste non probat. Bart. in dicto consilio 150. in fin. lib. 1. Ripa in dicta leg. admonendi n. 116. ff. de jur. jur. Roland. consil. 49. n. 22. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 208. nu. 19, & 20. Caputaq. decis. 157. nu. 4. & 7. p. 2. Escobar. de ratiocin. cap. 10. n. 41. & sequent. & d. Rota in causa Arimin. administrationis tutelæ 24. Novembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & in eadem 17. Dec. 1627. coram R. P. D. meo Pirovano, & in d. Romana, seu Tiburtina Castorum 22. Martii 1624. coram Buratto, & novissimè in causa Romana Computorum 10. Martii proximi coram R. P. D. meo Macchiavello.

Tertiò dictus liber detegitur erroneus in pluribus partitis, vel duplicatis, vel excessivis, & exorbitantibus. Primò enim frumentum satum de anno 1627. describitur fuisse Rubrorum 90. & in eo mundando fuisse erogata scuta 683. ut in summ. n. 17. Et ponitur alia partita scutorum 513. Expensa in mundando dicto frumento, ut in summ. n. 19. Attamen verum est, & probatum ex atestatione duorum notabilium, quod expensæ nundinationis, non excedunt scuta quinque pro quolibet Rubro, ut in summ. n. 20. & sic non potest inficiari quin ista partita sit duplicata.

Uterius: Dictus Simon descripsit in dicto libro de anno 1627. collegisse Rubra 640. frumenti, ut in summ. nu. 21. & nihilominus significavit fratri quod collegerat Rubra 900 ut putat Epistola data * fratri, ut in summ. n. 22. quæ contra scribentem probat Jaf. in dicta leg. admonendi n. 138. ff. de jur. jur. Bettaz. consil. Civil. 28. n. 67. lib. 1. Burfatt. consil. 253. n. 39. lib. 3. Eugen. consil. 19. n. 30. & seqq. lib. 1. Caval. decis. 248. n. 3.

Præterea potuit erogare scuta 948. ut in summario n. 26. in secatione frumenti facta Rubrorum 90. de anno 1627. fator, ut in summ. n. 17. & in hoc adest maximus excessus, quia ut patet in summ. n. 26. ipsemet Simon fatetur quòd non expenduntur, nisi scuta quatuor pro Rubro, quæ quidem confessio præjudicat dicto Simoni ex supra deductis: neque obstat quòd ad evitandum prædicta dictus Simon asserat majorem quantitatem terreni fuisse satam, quia adhuc suo se ligone percuteret, cum resultaret occultatio, * & non descriptio omnium, ut bene ad propositum Escobar. de ratiocin. capite 42. nu. 20.

Ex quibus, cum aliquæ partitæ, duplicatæ, aliarum omittæ, & aliarum erroneæ, sequitur quòd nec quoad reliquas partitas habenda sit fides dicto libro. Regulare enim, liber erroneus * in quibusdam partitis præsumitur etiam erroneus in reliquis, Gabr. dicto consilio 148. nu. 9. lib. 3. Farin. conf. 108. n. 14. lib. 2. & fuit resolutum in causa Papien. Bonorum coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio, quæ est apud Marches. tom. 1. pag. 895. & seq. Gregor. XV. decis. 79. n. 2. ubi adden. n. 6. & decis. 543. n. 4. part. 4. divers. & fuit novissimè resolutum in dicta causa Romana Computorum, coram R. P. D. meo Macchiavello.

Et ita resolutum meritò non informant Simone Tutore, &c.